AUGUSTINUS. HIERONYMUS. MAMERTUS CLAUDIANUS. INDEX LIBRORUM
Mitte 12. Jh. Seite 62v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36485
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Si aut̄ illud est uerum qd̄ totus homo ex toto homine ꝓpagatur
id ē corp̄. anima. ⁊ sp̄c. ibi ꝓp̄e dictum ē in quo om̄s peccauerūt.
homines. hic aut̄ tropice ex uno sanguine totū significat̄ apar̄ ⁊
id est totus homo qui ex anima constat ⁊ carne. ⁊ poti ut iste
amat loqui ex anima. ⁊ sp̄u. et carne. Nam ⁊ ex parte totū et
ex toto partē diuina eloquia significare consuerūt. Ex parte
enī totū significatum ē. ubi legit̄. ad te om̄is caro ueniet. quia
ex carne intelligit̄ totus homo. ex toto aut̄ pars. cum dr̄ xp̄c
sepultus. cum sola ei caro sepulta sit. Iam illud qd̄ in hoc testi
monio apli. positum ē. quia ipse dat om̄ib; uitā ⁊ sp̄m. sc̄dm
sup̄iorem disputacionē puto qd̄ neminē moueat. Ipse enī
dat. S; adhuc querim̄ unde det. utrū ex noua insufflatione.
an ex ꝓpagine. Ipse [illegible] quippe dare ⁊ iā carnis substantiam
rectissime dicit̄. quā tam̄ dare ex ꝓpagine non negat̄. Nunc
uideam̄ illud de genesi testimoniū. ubi facta mulier de latere
uiri. adducta ē ad eum et dixit. Hoc nunc os de ossib; meis.
et caro de carne mea. Hoc quippe iste putat qd̄ dicere debuerit
adam. anima ex anima mea ⁊ sp̄c de sp̄u meo. si ⁊ iam hoc de illo trac
tum esset. S; illi qui ꝓpaginē asserunt animarū. hinc se putant
inuictius suā munire sententiā. quia cum scriptū sit detraxisse
d̄m costam de latere uiri. eamq; edificasse in mulierē. non ē ad
ditum qd̄ mei faciem sufflauerit flatum uitę. Ideo inquiunt.
quia iam de uiro fuerat animata. Nam si non fuisset. nequaquā
nos inquiunt. sc̄a scriptura hui rei cognitione fraudasset. Ad illud
u̅ qd̄ ait adam. hoc nunc os ex ossib; meis. ⁊ caro de carne mea.
nec ait sp̄c ⁊ anima. de sp̄u meo ⁊ anima de anima mea. Sic ab eis
responderi potē. quemadmodū sup̄ius monstratū est. ut apar̄ ⁊
totum intelligat̄. hoc dictum. os ⁊ caro mea. si quę animata
fuerūt detracta non mortua. Neq; enī hoc omip̄m facere potuis
se ideo negandū ē. quia nullus hominū potest aliquid cum
anima de humana carne p̄cidere. Nam qd̄ adam secutus